

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 109. Maulbrunense colloquium inter utramque factionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

munus obibat celebris Lucas O-Sæcul. XVI.  
 fander: Palatini vero Electoris Theo- A.C. 1563.  
 logi erant Petrus Boquinus Bituricensis Provinciæ Gallus, Michael Tillerus,  
 Zacharias Ursinus Silesita, Caspar Olerianus Trevirensis, & Petrus Dathen:  
 insuper ambo illius Consiliarii erant Cancellarius Christophorus Ehem, &  
 quidam Medicus, nomine Thomas Erastus unacum Guilielmo Xilandro Græcæ linguae Professore, qui Secretarii munere fungi jubebatur: interim ex præcipuis, qui in arenam descenderent, nominabatur Lutheranorum nomine Brentius, Zwingianos vero tueri jubebatur Boquinus, ubi disputationis argumentum tangebat Eucharistiam.

### §. CIX.

#### *Maulbrunense colloquium inter utramque factionem.*

Præ ceteris Boquinus propugnabat, *Thu. I. 36.*

quod Christus Dominus in Eucharistia præsens non sit, nec etiam ab impiis, & infidelibus recipi queat, Cœna que nonnisi existat memoria de morte Salvatoris, Christusque, cum nonnisi pro justis mortem obierit, duntaxat ab iis manducari valeat. Ad hæc ita respondebat Brentius: „Hæc opinio haud tolerari potest, cum omnem fructum, „qui ex Eucharistia hauriri valet, adi-

**Sæcul. XVI.** „mat, imo etiam illam sumendi necel.  
A.C. 1564. „sitätē tollat; nam si una ex parte,  
 „Corpus, & Sanguis Christi Domini non  
 „adfunt, atque altera ex parte idem  
 „Christus nonnisi pro fidelibus passus  
 „est, nullatenus impii hanc mensam  
 „accedere possunt, probi autem nonnisi  
 „ex decentia accedere valebunt, eoquod  
 „jam antea per fidem omnem suæ fa-  
 „lutis certitudinem, quam quovis pa-  
 „cto desiderare possent, acceperint, neque  
 „aliunde ulla ipsis nova utilitas acce-  
 „deret, si Eucharistiam sumerent., Mox  
 vero Calvinista respondens demonstra-  
 bat, quod juxta ipsius opinionem ex  
 Brentii sententia plurima, quæ absur-  
 ditatem saperent, sequerentur. Tan-  
 dem tota disputatio non nisi in tantas  
 utrinque injurias, & convitia, quibus se  
 mutuo impetebant, degenerabat, ut E-  
 lector non minus, ac Dux tantam indi-  
 gnitatem pertæsi secederent, caussati,  
 quod ad alia domestica negotia evoca-  
 rentur: nihilominus hæc altercatio se-  
 ptem omnino dies tenuit, quæ tamen  
 unice ad id conferebat, ut ambæ fa-  
 ctiones adeo non inter se unirentur, quin  
 temporis progressu major adhuc inter  
 eos dissensio effervesceret.

§. CX.